

nihil egregium in aliis scientiis præstari potest.

2. Sine hac, nec Dei, nec corporum existentia certa est.

3. Haberi verò talis non potest, nisi generalis præjudiciorum abdicatio per dubitationem præcedat.

4. Quod qui non admittit, vel magnæ insitiæ, vel præjudicii reum se facit.

5. Mentis essentia in cogitatione consistit, definiturque quòd sit; substantia cogitans, id est, intellectu & voluntate, imaginatione etiam & sensu prædita.

6. Imaginari tamen absque corporis concursu non potest, nec etiam imaginatione se ipsam aut aliam quamcunque mentem percipere.

7. Deum innata idea probat.

8. Mentem mortalem esse vel fieri posse, implicat.

9. Mentis angelicæ contemplationis Philosophicæ non sunt, ideoque frivole de eis disputant Scholastici.

10. In Ontosophia doctrina de essentia merito præmittitur illi de existentia, quia non possumus scire quòd res sit, nisi rudè saltem prius cognoscamus quid sit.

11. Terminorum in Metaphysicis & Logicis redundantia & obscuritas multum obfuit veritatis investigationi.

Ex Logica.

1. Logica hucusque in Scholis tradita, non tam prodèst ad ea, quæ ignoramus investiganda, quàm ad ea, quæ jam scimus aliis exponenda: vel etiam, ut ars Lullii, ad copiosè & sine iudicio de iis, quæ nescimus, garriendum.

2. A Junioribus inutiliter, nec absque veritatis præjudicio addiscitur.

3. Diffi-